

AB

153553

- 1 Drey vnnuachspradigen: Ein kindelheim  
so loblich & D Philipp Hare
- 2 D vollen Leichpredigt
- 3 Leichpredigt vnder Epitaphia D Fridrici  
Wilhelmi Ducis sax
- 4 Leichpredigt polycarpi Laicari bey D  
Kaisers Kayserin
- 5 Testament D Casparis Peniceri
- 6 Leichpredigt D Casp Peniceri
- 7 Landtags predigt D Polycarpi Laicari
- 8 Petri Scargoe Jesuiters predigt. An heretico  
senianda fides
- 9 Reuocanon predigt D Godfrid Raben
- 10 vnderlegung dieser predigt
- 11 Oratio bey ebithi des marggraffen von  
Zuspiel



oo  
—  
T

J. q. 308.

IN SOLENNITATEM  
NUPTIARVM  
SECUNDARVM

*Reuerendâ dignitate, eccellente doctrinâ, in-  
signi virtute, summâ auctoritate, immortalibusq; in  
Ecclesiam Iesu Christi meritis prestans  
tissimâ Viri,*

DN. IOHANNIS OLEARII, SA-  
crofanctæ Theologiæ Doctoris celeberrimi; Sa-  
crorumq; Antistitis in Salinis Saxoni-  
cis fidissimâ;

ET

Leçtissimæ pudicissimæq; Virginis  
SIBYLLÆ,

*Reuerendi, clariss. & doctiss. Viri Dn. M.  
NICOLAI NICANDRI, Pastoris olim eccl. Vlrici-  
anae in iisdem Sal. nis vigilantiss. & meritis.  
p. m. relictae F.*

νεογόνου :

CELEBRATARVM

IIIX. D. M. FEBR.

HALAE SAXONVM,

Ex officina Typographica FRASMI HINITZII.

AN. MD. CII.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be in a historical script, possibly Latin or German. The ink is very light and difficult to discern against the aged paper.




 Ol fermè sua signa bis recenset,  
 Dictynnà geminà tamen remotà,  
 Cum precepta fuit tibi cubilis  
 Consors legitimi; pij pudoris  
 Viuis exemplar, & omnium perenne  
 Virtutum ANNA decus, nitor coruscus  
 Sexus fœminei, & sua columna, &  
 Fulgens stella domus, sata inclyto ortu:  
 Famà cuius erat pater celebri,  
 Et notus meritis super poli axe:  
 Cari cor, oculus, fides, mariti.  
 Quod dum fit, reuerende Sponse, mæsto  
 In lecto viduo tibi fuere  
 Membra hucusq; premeunda sorte durà.  
 Acri sed satis est datum dolori,  
 Ægro sat quoq; luctui tributum;  
 Mutata est meliore sorte, dura,  
 In lecto socio leuanda membra  
 Nam læto benè erunt tibi deinceps.  
 Rapta est ANNA, perenna at Anna verè,  
 Quæ cuius poli in arce iam perennat.  
 Sed delecta SIBYLLA iam potentis

Ioua consilio datur benigno  
(Solo quo bona cuncta dante surgunt)  
Captans consilio domum regendam:  
Re solamen amicum amico in arctâ,  
Et sudariolum viro suaue,  
Sudorem excipiens molestiarum  
Conceptum ex studio graui mariti,  
Fessi aut fracti etiam labore duro,  
Quem fert functio ponderosa secum.  
Est educta piè, bene, atq; honestè,  
Castis prædita moribus, pudica,  
Artes Palladias obire gnara,  
Est industria, sedula, atq; solers:  
Claro ut sanguine nata, sic parente  
Claro nata viro, viro disertio,  
Qui, sylvas veluti trahit sequaces  
Orpheus, & lapides; mouere cunctos  
Sic verbis potuit, lepore & oris.  
Hac pensare datâ tori prioris  
Accepta & poteris leuare damna.  
At rectè ne facis, uerende Sponse,  
Transis vota quòd ad secunda lecti?

Non

Non Carthaginis ille Presbyter non,  
Tertulli referens ab ore nomen,  
Ignes reprobat omnium secundos;  
Ignes precipue Ordinum at sacrorum;  
Annon hoc Epiphanius quoque ipsum  
Sentit: quod quasi honosque dignitasque  
Cesset lecti, iterata vota propter?  
Nonne at Doctor uterque predicandus  
Est Ecclesia, Episcopusque hic alter?  
Sit magnus licet hic vel ille Doctor,  
Sunt maiora tamen sacra verbi  
Dij oracula, pluris aestimanda.  
His quod congruit, est pium putandum;  
Quod non congruit, impium est habendum:  
CVNCTIS esse decetque honore dignum  
Augustumque torum; sit aut secundus,  
Sit vel tertius ille, crebriorque.  
Et quod, solum hominem esse, obesse, dictum est:  
Cuncta hic accipienda solitudo est,  
Raptà coniuge quandocumque fiat.  
Non subscribimus ergo ijs, licet sint  
Doctores celebres: magis sed ipsos

*Taxamus; Catharis paresq; habemus,  
Montanoq; alijsq; parte in illa,  
Atq; Antanagora, hostibus cubilis;  
Encratita & eis loco hoc iugandi.  
Quod, SPONSE, ergo facis, facis, capeffens  
Doctor, iussa Dei, probatus ipse:  
Factum Thariade pium secutus;  
Cuius nupta senis Cethura lectum  
Conscendit, subeunte fata Sara.  
Est, sponse o, tuus hic amor secundus;  
Es, sponsa, eximio patre o SECUNDA  
Nicandro orta SIBYLLA; post priorem;  
Ut vero usq; secundus hic amor sit,  
Idem proferat & secunda quaq;  
Fecundus pariat toriq; gemmas,  
Sit multis diuturnus atq; seclis:  
Hic praestet, sine quo nihil secundum est,  
Quo solo tribuente cuncta profunt,  
Et quo non tribuente cuncta ea obsunt.*

M. Christophorus Caesar scholæ  
Halensis Rector.

ALVD

ALIVD

**N** Il te Carolo mouet: nil te Romana potestas;  
Audio quam superas vendere velle domos;  
Quamq; sacros prohibere toros, prohibere eu-  
bile

Audio: nil metuis verba minasq; papæ!  
Et rectè: nam iussa Dei seruare decebat;  
Debueratq; sequi cælica verba Papa.  
Quod Deus instituit, quod sancit sancta potestas;  
Nec papa, nec princeps tollere iure potest.  
Quando DEVM sequeris: poteris Olearie rectè  
Romani Canones temnere pontificis.  
Quem sequeris, faxit videas cum prole nepotes,  
Filiolis crescat delitijsq; domus.

*M. Herman, Plassus P.C.*

ALIVD.

**P** A P A, quid in thalamum foedis conuitia labris  
Cum rasâ Turbâ spargis? prohibere quid audes  
Coniugij Sanctum Pastores foedus inire  
Papa? (Papæ?) renouare vetas socialia lecti  
Quid iura? innumeras viroso ex ore profundis  
Quid nexas, litesq; infinitosq; dolores,  
Improba quos lecti consortibus excitet Ate?  
Vt Te?

Sed

Sed præstat ceptos absoluerè versus,  
Et bona concessis Hymenæis dicere verba  
Comprime quæso Tuas fauces spurcissime Papa  
Antichriste, soles qui CHR IST O, eiusque Ministris  
Vsq̄ue reclamare, è medio vel tollere tentas  
Illos, vel damnas, Tibi quod libet, omne licere  
Atque putas, lustransq̄; libidinis antra, cohorte  
Cum rasâ egregiè furto lætaris inani.  
Et tantum tandem (Mendax) deponere furorem,  
Nam te conuincunt Summi Mandata Monarchæ,  
Et Diui Pauli, Sanctorum exempla patrumq̄;  
Atq̄; illos quotquot sunt digni laude secuti.  
En Doctor famâ in multis celeberrimus oris  
Ac Ecclesiolæ Hallensi supremus in vrbe  
Pastor Te Papam spirantem fulmina & ignes  
Et multa errorum prostrauit Monstra tuorum  
Sæpius immoto Verbo, quod damnat id omne  
Quod CHR IST O aduersum est, cui quicquid con-  
gruit, illud  
Est amplectendum, hæreticos quod fundit & omnes,  
Hic arcana status huius Mysteria Mystes  
Illius & fructus, ius & fundamenta pandit;  
Quem Deus instituit, præsens quem munere Christus  
Ornat, adhuc Sancti seruat quem Fomes Amoris,  
Inq̄; Statu licet hoc sint mixta aduersa secundis,

Vt

Vt labor in tota vitâ dolor estq; perennis;  
Attamen illa docet, non duratura per ævum  
Nilq; nocere pijs, at summum gaudiû etingens  
Esse secuturum, poterit quod tollere Nemo.

Hic CHRISTI præco, Cathari nil somnia curat  
Haud <sup>καταρασι</sup> temnitq; Phrygis de monte vocati  
Nugas, Presbyteri Tyriæ commenta nec urbis  
Hæc probat, haud metuit Nilceni fulmina sæua  
Concilij, Synodiq; habitæ vel tela Tridenti,  
Ausonij nihili pendit drecketaq; Patris.

Ast illi longè diuini Pagina Verbi  
Est potior, minimeq; illi Decreta IEHOVÆ  
Exciderant animis, manet altâ mente repostum  
Iudicium PAVLI, Latijq; Infamia Papæ,  
Progenies stirpis, lectiq; iugalis honores.

Hic quicquid docet, exemplo cupit ipse probare,  
Dum DOMINVM timet & mentis veneratur honore  
Ambulat inq; Vijs eius, sacra iussa secutus,  
Obtigit illi vxor CHRISTO Auspice, nata Parente  
Heshusio, intrepidè CHRISTVM qui voce professus  
Et calamo, varios casus ac mille pericla  
Sustinuit, fucos & Verbo depulit olim.

Vt verò hanc animi preciosis dotibus auctam  
Consortem thalami, gnaram sobilisq; domusq;

B

Rectri

Rectricem, cum qua multos concorditer annos  
Vixerat, exemptamque malis mundi que periculis  
Quam dedit, in gremium DOMINVS dextramque recepit,  
Quem penes arbitrium est, Vitæque necisque potestas;  
Tristia demisso defleuit funera fletu,  
Ac verbo edoctus nouit releuare dolorem  
Et ferre aduersam patienti pectore sortem.  
Sed iam finis adest luctus, sua debita iura  
Et præstare toro, æthereique capessere iussa  
Nunc DOMINI fas est, socialia iura cubilis  
Et renouare licet, castique iterare priora  
Vota tori, genialis amor, quod sanctus & ordo,  
Atque domus suadet curis ac prole referta;  
Sic fecere Patres; sic & post funera Saræ  
Thariades olim cano Venerabilis æuo  
Complexus licito sibi iunxit amore Kethuram,  
Participem thalami, dulce ut lenimen amoris  
Abrepti, Vitæ focia esset & illa laborum.  
Sic & nunc meritò Templi Clarissimus Hallæ  
Antistes, rursus nequit Duce & Auspice CHRISTO  
Legitimi noua vincla tori, tædasque vicissim  
Incendit, socij renouare & fœdera lecti  
Mauult quam viduo solus torpescere luctu.  
Ac moderante Deo prior ut præcepta Marito

Heslu-

Heshusiana fuit; sic nunc sociatur eidem  
Altera Consilio IHOVÆ noua Nupta SIBYLLA,  
Filia NICANDRI, in nostris qui Præco Salinis  
Facundo eloquio quondam aurea flumina fundens.  
Atque bonis gratus, toti & Carissimus Vrbi  
Æthereo pavit sibi credita pectora succo  
Per multos annos cum fructu & laude perenni;  
Hic iam Nicoles Victor post Fata potitus  
Immarscessibili viuit super astra Coronâ.  
Huius Nata viri primis cum lacte sub annis  
Mox pietatem hausit, fuit omni tempore vitæ  
Et studiosa eius, simul & studiosa laborum.  
Hæc Noua Sponsa Nouo Tibi nunc adiuncta Marito  
Lætitiæ consors erit, hæc consorsq; dolorum;  
Hæc blandis erit apta caput Venerabile verbis  
Mulcere, officijque graues releuare labores,  
Hæc prædulce tuum decus & solamen in arctis  
Rebus, eritque domus hæc firma columna futura;  
O bene; sic placido celi indulgentia Vultu  
Aspirans fortisque vices calusque reflectet,  
Hospes erit CHRISTVS sacro sermone vocatus,  
Qui leuat ærumnas vel acerbæ incommoda vitæ  
Tollit, qui gemitusque pios in gaudia vertit,  
Tu modò, Tu verbi Myste fidissime, cuius

B 2

Exor

Exornant mentem doctrina, industria, Virtus  
Et varia in sacris quaesita scientia Musis  
In Graeaeq; Palaestinaeq; Idiomatice linguae  
Et Latinae; studijs nostris qui Portus & Auras  
Tuque Dei cultrix, forma praestante virago  
Prudens, clarorum praelara Propago Parentum,  
Virginei decus atque Chori, Speculumque Pudoris,  
Ambo pares in sorte, pares in amoribus ambo,  
Ambo pares animis, studijs, virtute, fideque,  
Ite subite torum tristis post frigora brumae  
Auram, quae spirat vobis captate secundam.  
O bene, Sic Autor thalami qui cuncta secundat  
Ipse secundabit, faustus vereque Secundus  
Sit torus ut vester, densis exercitus alis  
Angelicus circumstabit lectumque domumque  
Hinc procul expellet diram litemque, sinistram  
Et noxam, faciet mediasque volare per aedes  
Sic Pacem, Natos nasci, Natisque renasci  
Natos, Sic seriemque subinde subire Nepotum.

Debitae observantiae & pietatis ergo  
*M. Nicolaus Gerlach Hal. Scholae*  
*patria Collega.*

ALIVD

ALIVD.

**M**os vetus in nostra longo servatur ab usu,  
 Gente, sua prorsus nec ratione caret.  
 Ut si coniugij celebrentur iura, vocati  
 Munera dent sponso qualiacunq; nouo.  
 Vnà vota ferant omnes, & fausta precentur,  
 Atq; ita selecti fædus amare probent,  
 Ergo tibi a finis doctissime grator honorem,  
 Legitimi repetis dum pia iura thori.  
 Et tibi pro geminis vota ac pro diuite terræ  
 Argento, facili millia mente fero.  
 Salue igitur mihi sponse recens, salue optima sponsa,  
 Quo cælum optato, fædere iunxit, aue.  
 Sint tibi fausta precor connubia *IANE OLEARI,*  
 Quæ iam cum Sponfa dulcia Sponse trahis.  
 Sit quoq; grata tibi placidissima sponsa *SIBYLLA*  
 Nupta, placet soli si tibi corde sat est,  
 Nulla lues odij vestros perturbet amores,  
 Nec violet castum garrula lingua torum.  
 Viue gener magni meritò cantande per orbem  
 Heshusi, cuius fama perennis erit.  
 Viuite felices ambo, sic viuere digni,  
 Et facili vestrum ferte labore iugum,  
 Viuite felices qui vos coniunxit amantes,  
 Perpetuò seruet vos in amore Deus.  
 Viuite felices & vincite secla Sibyllæ,  
 Viuendo longam progeniemq; date.

*Gothofredus Nicander Hall. Sax.*

*Sponse fr.*

B 3

ALIVD

ALIVD.

**F**ATO IUNGUNTUR, FATO SOLVUNTUR AMANTES

Et certe. Nam VERVS amor non pectoris astra,  
 Non casu sancitur: at omnipotens Deus illum  
 Cordibus in castis accendit, dat q̄, fouet q̄,  
 Primus in orbe parens hominum testatur id ipsum,  
 Cui data, dante Deo, cunctorum maxima Mater.  
 Nos natura sequi iubet: & malè vincula cedunt  
 Coniugij vi contracti: sic edocet ipsa  
 Nos rerum, nunquam quae fallit, docta magistra.  
 Ergò iungantur, quorum pia pectora mordeat  
 Castus amor: casto qui percelluntur amore.  
 Hoc hodierna probat Lux, (plaudite, plaudite amici)  
 Hic duo concordēs animā iunguntur in unā.  
 Nunc age quis SPONSVS? Verbi sacra buccina sacra  
 Ac verè memoranda Vir virtutis, ab arte  
 Verè perfectus, viragi & laude celebris.  
 Hic dextrè callet rerum monumenta sacrarum,  
 Dexteritate docet fidā pia semina verbi.  
 Quid SPONSAM celebrem, pia quae, pudibunda, pudica,  
 Quae virtutis amans veneranda, quae q̄, venusta,  
 Quae fata matre piā, fata quae quo q̄, patre celebri,  
 Qui donis animi mensuram nominis implet.  
 Hic est NICOLEOS NICANDER, doctus in arce,  
 Indole praclarus, constans, pius, ore disertus,  
 Multa tulit, fecit q̄, piè, monumenta IEHOVAE  
 Afferuit: tandem quo q̄, sic sublat us ad arces  
 Aetherias, ubi nunc sine fine videt patris almi,  
 Quem docuit, Gnatum, Dominum q̄, Deum q̄, potentem.  
 Ergò felices vos, quos sub cordibus ignis  
 Nunc parilis iungit, mediante Deo omnipotente.

Coniugij

*Coniugium vestrum fecundum, sit q̄, set audum  
Vuat is Pyllos, Cum eos at q̄, per annos.*

*Paulus Nicander Saxoballe<sup>ensis</sup>.*

ALIVD.


**D**ic agè cur hilari sub pectore gaudia voluis,  
**O** decus ô vatum gloria, Musa, refer?  
**M**ente quid extollis? cur in me lumina vertis?  
**I**nq; hos flexanimos exeris ora sonos?  
**N**unc agè nunc iuuenis suspiria corde repellas,  
**O**mnia sint clariâ tristia mente procul.  
**I**ncipe (tempus adest) socialia fœdera Sponso  
**O**re canas, decorant carmina namq; torum.  
**A**lma mouet Pietas, mouet illum fama pudoris,  
**N**ympham quò stabili iungat honore sibi.  
**N**omina, sed dixi, quæ Sponsi? Doctor in Hala  
**I**nelutâ adest, retulit diua Thalia mihi.  
**O**mnipotens Deus huic voluit resonare sacratam  
**L**egem cum sanctâ religione suam.  
**E**t simul instituit socialis fœdera lecti  
**A**tq; scit hoc Doctor menteq; voluit idem.  
**R**espicit, ac orat, de munere nempe lehouæ  
**I**psius in thalamum virgo pudica venit.  
**O**mine felici cui nomen ab axe SIBYLLAE  
**S**eruat & hac recolit mente fideq; λόγον.  
**P**atre fata est docto Nicolao Patre Magistro,  
**O**lim Halæ docuit qui sacra verba Dei.  
**N**uminis æterni sed casta est foemina donum  
**S**cilicet ut Vates regius ille docet.  
**O**mnipotens nostris ita Maestatis honosq;  
**E** solio, rebus consulit ecce, suo,

Tum

Tum minus utq; habeant curarum oneris q; mariti  
S umme Deus sociam molis habere jubes.  
I n cuius gremium curas imponat, ut ipse  
B lando & legitimo possit amore frui.  
I d circò, Doctor, tibi sanctos gratulor ignes,  
L ege pia motus qui sacra vincula inis  
L ectam age nunc ulnis Sponsam complectere gratis  
A eterni interpres, Doctor amande. λόγος.  
S ummus ab axe Deus vestris sponsalibus adsit  
P ræsens, vos regat & ducat agatq; Trias.  
O mnia procedant feliciter omine coepta,  
N unc, quos coniunxit viuite, Christus adest.  
S int procul à thalamo lites & iurgia dira,  
A eternus vestram prole bectq; domum.

A  
Simone Iordano Gedanensi Brutheno, &c





153553

ULB Halle 3  
004 062 973




Sb.

12

VD 17







29

TEM  
 RVM  
 VM  
*te doctrinâ, in-*  
*mmortalibusq; in*  
*prastano*

EARII, SA-  
 leberrimi; Sa-  
 is Saxoni-

Virginis

*Viri Dn. M.*  
*is olim adis Vlrici-*  
*& meritiss.*

VM  
 M,  
 HINITZII.